



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 24. Congregatio Sessioni præmissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

His quoque Mantuanus Cardinalis Sæcul. XVII.  
primus Legatus addebat, a se animad- A.C. 1562.  
verti, quod pluribus, suum zelum exe-  
rendi occasionem hac mora Tridenti  
furripi, molestum accideret, cum tamen  
ingens exinde emolumentum trahere-  
tur, eoquod Cæfaris voto satisficeret, si-  
mulque Synodi Patrum caussa vindica-  
retur adversus eos, qui abs dubio ob-  
servarent, capitali, quo Synodum in hæ-  
reticos ferri, credunt, odio nonnisi sum-  
mo charitatis ac lenitatis affectu re-  
sponderi. Huic Legati sententiæ Pa-  
trum quamplurimi acquievere.

### §. XXIV.

#### *Congregatio Sessioni præmissa.*

Denique Congregatio, quæ Sessionem  
proxime præcederet, habita est vi-  
gesima quarta Februarii die, qua Quin-  
quecclesiensis Episcopus sua mandata,  
agendique facultates adhuc magis legi-  
timas, quam antea in Conventu die  
sexta ejusdem Mensis exhibuerat, Sy-  
nodi Patribus tradebat, simulque proli-  
xo sermone Ferdinandum Principem  
suum comparabat Constantino Magno,  
eoquod & ipse pari Religionis studio  
animatus esset, eumque Deus ad præ-  
sentis ævi miseras potenter sublevandas  
selegisset. His præmissis cunctos labo-  
res, quos idem gloriofissimus Cæsar ad

B b 3

Syno-

Sæcul. XVI  
A. C. 1562.

Synodi convocationem contulerat, re-  
censebat, simulque commendabat il-  
lius studium, ac magnum Legatos suos  
præ ceteris aliis Principibus ad Syno-  
dum mittendi ardorem, non modo  
quatenus esset Hungariæ Rex, sed etiam  
tanquam Imperator: denique orationi  
suæ finem imponens Synodi Patribus  
grates rependit, quod ipsum tanquam  
Legatum recipere, & agnoscere vo-  
luerint, et si tautum Cæsaris epistola mu-  
nitus fuisset, priusquam legitima agendi  
mandata ab eodem recepisset. Abso-  
luto hoc sermone recitabatur decretum  
in proxima Sessione promulgandum,  
quod Deputati verbis omnino generali-  
bus conceperant, partim ne Germanos  
publ cationem Indicis differri petentes  
offenderent: partim vero id fecerant,  
eo quod tanti moliminis negotium pro-  
maturiori discussione longioris temporis  
spatium deposceret.

### §. XXV.

#### *Primi Legati monitum ad Synodi Patres de servando silentio.*

*Raynald ad ann. 1562. num. 18.* Postmodum pollicitatio Cæsareis facta,  
*Scipius hist. l. 6. p. 60.* vi cuius Religiosum silentium Patri-  
bus summiopere commendandum spon-  
debatur, integra prorsus fide adimple-  
batur per Cardinalem Mantuanum, qui  
cum maxima gravitate, ac modestia  
hujus